

De Galactite lapide. CAP. CL.

GALACTITES nomen inde traxit, quòd lacteum succum remittat: alioqui tamè cinerei est coloris, & gustu dulcis. Ad oculorū fluxiones & vlcera conuenienter inungitur. Oportet autem in aqua tritū pyxide plūbea recondere, propter lentorem qui illi obhæret.

De Melitite lapide. CAP. CLII.

MELITITES omnino Galactitæ similis: hoc tantū interest, quod dulciorem succum resudat. Eiusdem vt galactites effectus.

De Morochtho lapide.

CAP. CLII.

MOROCHTHVS lapis, quem aliqui galaxiam aut leucographida vocauerūt, in Ægypto nascitur: ac eo quidē, quippe cū mollis sit facilēque diluatur, linteones dealbandis linteis vtūtur. Creditur spiracula corporis obducere, conuenitq; sanguinem excreantibus, cœliaciis & vesicæ dolore vexatis, cum aqua potus: itēque fœminis fluxione vuluæ laborantibus, & similiter potus & in pefso appositus. Mollibus etiam oculorū medicamentis miscetur: caua enim eorum vlcera explet, fluxionesque sistit. Idem cerato exceptus, quæ fiunt in teneris corporis partibus vlcera ad cicatricem perducit.

De Alabastris lapide. CAP. CLIII.

ALABASTRITES, vocatus onyx, exustus & resina aut pice exceptus, duritias discutit: stomachi dolores cum cerato leuat, & gingiuas reprimt.

De Thyite lapide. CAP. CLIIII.

LAPIS nomine Thyites in Æthiopia gignitur, subuiridis quidem & iaspidem referens: attamen cum diluitur, lacteum reddens succum. Vehementer mordet, valè que ad expurganda quæ pupillis tenebras offundunt.

De lapide Iudaico. CAP. CLV.

IUDAICVS lapis in Iudæa nascitur, glandis effigie, candidus, perquam eleganti forma, discurrentibus lineis æquali spatio inter se distantibus, & quasi industria detornatis. Dilutus nullam qualitatem manifestam gustui repræsentat: attamen ciceris magnitudine solutus ad cotem collyrij instar cū aquæ calidæ cyathis tribus, potu urinæ difficultati auxiliatur, & vesicæ calculos frangit.

De lapide Amianto. CAP. CLVI.

AMIANTVS lapis in Cypro nascitur, scilicet sili alumini similis, è quo elaborato, utpote flexili, telas spectaculi gratia texunt: quæ ignibus iniectæ ardēt quidem, sed flammis inuictæ splendidioresexeunt.

De

De Sapphiro lapide. CAP. CLVII.

SAPPHIRVS lapis, ictis à scorpione potu
 prodesse existimatur. Bibitur & contra in-
 testinas exulcerationes. Extuberantia in o-
 culis, eorúmque uas & pustulas reprimi-
 t: sed & ruptas eorundem membranas cogit
 atque glutinat.

De lapide Memphite.

CAP. CLVIII.

LAPIS Memphites in Ægypto iuxta Mē-
 phin inuenitur, calculorum magnitudi-
 ne, pinguis & versicolor. Hoc tradunt trito
 & illito, partes quæ vrendæ secandæve sunt
 citra periculum ita obstupescere, vt non sen-
 tiant cruciatum.

De lapide Selenite. CAP. CLIX.

LAPIS Selenites, quem aliqui Aphrosee-
 non appellant, quòd noctu plenus lu-
 na crescente reperiatur, nascitur in Arabia,
 candidus, translucens & leuis. Huius ramenta
 comitialibus in potu exhibentur. Eum e-
 tiam mulieres sibi pro amuleto alligant. Sed
 & eodem adalligato arbores frugiferæ red-
 di creduntur.

De Iaspide. CAP. CLX.

EX Iaspidium generibus quædam smara-
 gdum imitatur, alia crystallū, pituitæ si-
 milis: alia non dissimilis aëri, ob id aërizusa
 vocatur: alia veluti fumo infecta, quæ ca-

pnias ex argumento appellatur: quædam lineis albis & resplendentibus præcingitur, Afyrios nuncupata: alia denique terebinthizusa dicitur, colore callaida gemma imitata. Omnes pro amuletis gestari, ac femoribus adalligata, partum accelerare traduntur.

De Acute lapide. CAP. CLXI.

AETITES lapis, alio dum quatitur intra se ac velut in utero sonante prægnans, grauidis, quibus lubricæ & parû tenaces sunt vuluæ, partus continet, sinistro earum brachio adalligatus: sed cùm parturiunt, è brachio remoueatur, ac femori alligetur, vt citra dolores pariant. Furè quoq; deprehendit, si quis in pane conditum offerat: fur enim commanducata deutorare minimè poterit. Quin & si cum eduliis coquatur, furem proderè & coarguere dicitur: quippe fur quæcum eo decocta fuerint haudquaquam glutire poterit. Porro tritus & ceratò exceptus cyprino, gleucinóve aut alio quopiam excalfaciente, comitiales magnificè iuuat.

De lapide Ophite. CAP. CLXII.

IN hoc lapidum genere quidam est pondrosus ac niger: alter cinereo colore spectatur, punctis distinctus: tertius lineis quibusdam candidis intercinctus est. Omnes alligati, morsis à serpente & caput dolentibus opitulantur. Priuatim verò qui lineas habet, lethar-